UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad Perfectionem per Exercitia Spiritualia

**Vatier, Antoine**

**Dilingæ, 1689**

Consideratio Pro Octava Die. De Conversatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-60263

Visual Library

# *CONSIDERATIO*
## *Pro Octava Die.*
## De Converſatione,

LApidem puta Lydium, & ineffabile Virtutis ſolidæ argumentum tibi nominari, ſi ...dis converſationem perfectam. Non deciperis, ſi ad hanc quaſi normam, Virtutis tuæ præſtantiam menſus fueris. Nam quemadmodum in ipſa ſtatim Converſatione proditur, ſi virtus parùm adhuc ſolida eſt, ita ſi ſeriò probitatem colis, fieri nequaquam poteſt, ut vituperio obnoxia committas, dum cum aliis verſaris. Poteſt equidem artifex ſimulatio decipere humanos ſenſus vanâ Virtutis imagine, ſed parùm durabit larva, naturâ mox ad mores ſuos reduce. Et proinde niſi virtus in naturam quodammodo tranſierit, & ſuave ſit illius exercitium, hoc eſt, niſi planè ſit maſcula, frequenter, ſi quid negotij tibi eſt cum aliis, impinges.

2. Hoc igitur Principij inſtar tibi eſto, ut cum Virtutis laude inter homines verſeris, id ita oportere fieri, ut neque tibi, neque illis, quibus familiaris es, neque illis demum, de quibus ſermo quandoque incidit, noceas. Et hoc ne mala ſit Converſatio tua, neceſſarium eſt. Bona erit, ſi ita illam inſtituas, ut tibi inprimis ſit proficua;

ficua; optimam verò eſſe facies, ſi, ut quàm p
rimis utilis ſit, curabis. Tibi porrò erit pr
cua, ſi, quod Virtutis Chriſtianæ ſtudium
exigit, religioſè conaberis obſervare, quâ
induſtriâ tuâ facies, ut, ſi quidem capax eſt a
cum quo agis, & ipſi ſit utilis.

3. Jam verò exacta ad omnem Virtutis
gem non poteſt eſſe Converſatio tua, niſi a
quidquid ad illam pertinet, modereris. Vul
ergo ad modeſtam & placidam ſerenita
compones. Inceſſus, geſtúſque omnis nihil
mittat incompoſitum. Linguam, quàm p
ris, attentiſsimè ſtudebis regere, ne quid in
bis, in ſono, ipſóque adeò vocis accentu pec
Oculos non niſi ad meditatæ prudentiæ l
apertos eſſe ſines. Et ut verbo abſolvam om
quidquid rerum tuarum in aliorum oculo
currit, id omne ſic debet eſſe inſtitutum, ut
cem manſuetámque animi quietem indicet,
gaudere ſolent, qui coram DEO ambulare,
DEO teſte, gerere ſtudent, quidquid agunt.

4. Quamvìs diverſa admodum ſit eoru
quibus cum agendum tibi eſt, ratio, atque
non ſimili cum omnibus te modo habere
beas, illud tamen curabis, ut neminem, qu
tumvìs abjectæ ſortis homo ſit, offendas, q
potiùs omnium tibi affectus, atque Volunta
ma-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inſueta animi tui ſignificatione concilies. Cave igitur, quemquam à te inurbaniùs ablegari; fac, quoad poteris, ut ij ipſi, qui poſtulatorum repulſam ferre debent, ita tamen à te abeant, ut de voluntate tua, ſibi ſuíſque benevola dubitare non velint. Modeſta illa animi demiſſio, &, quam charitas omnibus exhiberi vult, reverentia, multùm te hoc in negotio juvabunt, ſed & robuſtâ quandoque patientiâ opus erit, ob importunam aliquorum impudentiam.

5. Duplex maximè vitium eſt, quod in familiari cum aliis congreſſu vitare debes. Ut prudenter nimirum cum omnibus familiaris sis, atque ita te illis affabilem præbeas, ut in animum eorum penetres: ſed eam tamen levitatem fugias, quæ te contemptibilem illis faciat, quibus amabilis eſſe cupis. Maturum te, & modeſtè compoſitum ſervabis, ut autoritati conſulas, ſed arrogantem & exoſam paſſim gravitatem vitabis. Præterea & illud tecum cogita, virtutem affectatis officiis, & ſpecioſis verborum formulis parùm ornari: ſatis habet virtus, civilem, affabilem, & communi hominum ſenſui accommodam ſe eſſe, & neque lædere facilè quempiam, nec à quoquam itidem offenſum ſe putare.

6. Vide,

6. Vide, ut omnibus omnia fias: & hoc
ne diverſas variorum, quibuscum agis,
penſiones explora, ac deinde vultum, geſt
verba, omnia, quoad ratio ſuaſerit, ind
conforma. Cave, rideas cum illis, quos
ctos nôſti, niſi quantùm ad recreandos
aptum eſt. Qui lætioris ſunt genij, cum
roſus & nimiùm ſerius eſſe non debes.
cum omnibus ea ſtudebis, quæ ſingulis ex
tutis dictamine putabis eſſe idonea.

7. Omnis, niſi fallor, Converſatio tua in
plicem ferè claſſem poteſt dividi: ad prim
ſpectant, quibuscum utpote domeſticis ſe
verſari opus eſt: ad alteram pertinent, qu
quenter & ſtatuto quidem tempore tecum
tertij ſunt, qui fortuitò te conveniunt. Pri
ut nunquam offendas, cujus quisque ſit
lis, ſtudioſè explorabis. Secundos, ne tibi
ſint, ſed ad Profectum in Virtute ſerviant,
denter elige. Tertiis facilem ad te acce
præbe; fieri certè poteſt, ut magni moment
gotium is ad te afferat, cui ne notus quidem,
opinaris, eſſe debes. Neminem inaud
damna. Excludere autem ab acceſſu tuo
potes quemquam, quin eundem hoc
damnes.

8. Stude, ut animo ſaltem, etiam infim

8. Stude, ut animo ſaltem, etiam infimum ex milta, aut famulitio tuo venereris. Ita enim nquam continget, ut contemnas aliquem, metſi quotidianos in ſingulis errores videas: præterea, ut non facilè, quoquam illorum pectante, ejuſmodi aliquid deſignes, quod m virtutis exactiſſima ratione non congruit: que adeò induſtria hæc eſt, ad Virtutis maxi- os profectus ſanè perquàm idonea: neque agnâ indigebis operâ, qua te ab offenſa illo- m, quibus minùs familiaris es, coërceas, ſi ò religiosè ipſos, quibus cum quotidie ver- ris, domeſticos veneraberis. Nihil age in blico, quod vel tantillùm cauſa ſit, ut quiſ- am alius minùs quàm antè reverenter atque de te ſentiat. Ita proinde te gere, ut nulli minum fias contemptibilis.

9. Cùm animi recreandi cauſâ quid agis, in greſſu cum amicis jucundiſſimo, in con- iis ac ludis, ambulationibus, ac colloquiis, & uid ad hujuſmodi naturæ delicias pertinet, mum ſevare vigilem memineris, tibi ſem- r Deoque tuo præſens. Quòd ſi animum, antus eſt, totum in id effundis, quod appetitui ndum eſt, mox earum, quas ratio præſcri- t, legum & honeſtatis obliviſceris. Ergo ſu- etiam DEO locum ſerva in mente, quam reas.

 10. Si

10. Si quid loqui cum alio neceſſe eſt … negotio paulò graviore , præmeditari opor… verba , & prudenter antè, quid factu hac in… opus ſit, diſpicere. Ad DEUM ergo, & Tu… rem tuum Angelum mentem eleva , & ca… ſubſidium depoſce. Quamdiu deinde neg… um , quod præ manibus eſt , tractari debet, … quocum agis, Cuſtodem Angelum demere… hujus monitis alter illuſtratus, ea agat, qu… cta videbitur ratio ſuadere. Quòd ſi pertina… in propoſito , quod contra rationis jura co… pit , vide , ne & tu ad ejuſmodi quidpiam … firmes animum. Age cum illo eâ ratione, … tuus Angelus cum alterius Cuſtode Genio … agere. DEO tandem auſpice fiet , ut victo… hac lucta abeas.

11. In Colloquio de alienis moribus , … planè aliter neceſſe ſit fieri, nihil dicito. Re… quâ nihil facilè magis eſt lubricum: à b… enim proximi , de quo loqueris, actibus , … imprimis , quæ indifferentia ſunt , grad… cies, & ab his , ne advertens quidem ad … quæ commiſit, delabetur ſermo. Famam, … quam habent alij de proximo exiſtimatio… cave tu, ut extenues : & idcirco nihil de … am dic ejuſmodi, quod de te, tuiſque dici… Quod verum eſt , & paſſim jam publicat…

lis referas, in Juſtitiæ quidem leges non peccas, at charitatem aliquando lædis. Certè ſi bonus es, nihil de hujusmodi narrationibus, niſi coactus, inferes.

12. Defectus alienos ita patere, ut nulli ingeneris, de nullo conqueraris. Si quid negotij habes cum homine, ut ſolent aliqui, importuno; niſi grandis quædam aliud agendi neceſſitas urgeat, non acquieſces naturæ conſiliis, quæ eò planè tendent, ut vel moleſto homini ſilentium imperes, vel quoquo modo impudentem confundas, vel abrupto ſaltem colloquio ſolum relinquas. Nihil horum age, ſed manſuetè ita te cum illo gere, ut eum contemnere non videaris. Quid ſi conducat ipſi vel ſola, quam exerces, patientia tua? Ut minimùm hoc aſſequeris boni, quòd, ſi ita tibimet manſuetudinem imperaveris, multum ex inamœno hoc conſortio lucri, & profectûs facturus ſis.

13. Nunquid habes aliquem, quocum ſincerè de rebus ad DEI cultum pertinentibus poſſis colloqui, ſive generatim de hoc Virtutis negotio loquens, ſive ſingillatim illa memorans, quæ ad te pertinent? Et quem te in hujusmodi colloquiis gerere ſoles?

14. Promptior eſto ad audiendum quàm ad loquendum. Ita ſanè oporteret: niſi ejuſ-

modi is, cum quo ſermo tibi eſt, foret, ut vel In-
ſtructionem à te, vel Religioſum ſaltem aliquod
documentum expectaret. Quo in caſu, quæ
officij tui ſunt, facies, ſi ea dixeris, quæ te pru-
ſimùm interprete Deus illum vult intellig-
Sed cave, ne facilè & per inconſiderantiam ſp-
ritualium te rerum Magiſtrum aut Concio-
torem facias temerè illi, cum quo agis,
etiam in publico; præcepta & doctrinas aſce-
improvidè effundas.

15. Si qua fortè occaſio tibi ſe offeret,
rendi, quem in animo foves, Divini hono-
Zelum, vide, ne in Charitatis leges, quam
ximo debes, delinquas; procurandæ Di-
gloriæ ſtudium imprudenti fervori obten-
Non minùs tamen curare debes, ne teneriùs
fas eſt, diligas quemquam, néve aliter, ac op-
tet, metuas: nunquam igitur permittas, ut
Cultu, quem Conditori tuo debes, quidq-
negligas, hominis tibi demerendi gra-
tunc præſertim, cùm ratio exigit, ut Divini N-
minis timorem cuipiam perſuadeas.

16. Nihílne ſtudij adhuc in id impen-
ut ſermones, qui quandoque vel planè noxij
inutiles ſaltem incidunt, aptè ſcires aliò a-
re, ejuſmodi aliquid in medium afferens,
bonis moribus opportuniùs congruat? Pete,
intro-

frequenter, cæleſte hanc ad rem ſubſidium, quâ ratione in praxin illam deducas in ipſo miliari cum aliis colloquio, meditare: conret hæc induſtria, & tibi & proximo: neque quòd importunus videri metuas, Prudentiæ ficium erit, impedire, ne noceat illis, quibus topere prodeſſe cupis.

17. Cave certo cuipiam triſtitiæ generi unquam ſuccumbas, quod ex immodica indignatione naſci ſolet ob ſiniſtrum, contrà quàm ptaveras, negotij cujuſpiam ſucceſſum. Ingnum utique eſt, ut ſi ſecus tibi quidpiam, ac beret, accidit, id omnes deinde alij luant. Quòd ſi juſtè quidpiam eſt, quod affligat, vultu modeſtiam compoſito, ſi non læto, patienm ſaltem & virilem animum profitere. Non mnem excludit mærorem voluntas, DEI placito conformis, ſed hoc ſaltem agit, ut ita non permittat animo te cadere, ut faſtidioſus paſſim domeſticis, externíſque gravis circumeas.

18. Sed & lætitiam moderare, ſive illi, quicum agis, afflicti ſint, ſive ut in omnibus mediocritatem tuearis. Nimia enim animi diſſolutio, riſus effuſior, elatus nimiùm ſermo cor fundunt, & quidquid in illo bonorum ſenſuum ac devotionis collegeras, id omne expirare

faciunt. Divinus nempe Spiritus ita unicuin mente dominari vult, ut conſortem munda num genium, utcunque ſit innocens, ſecu non patiatur.

19. Scurriles Jocos, tanquam omnium vi tutum peſtem. & vitiorum, ſi quod in bo ſtas familiaritates ſe uſpiam inſinuare ſo maximum devita. Non amabis igitur m cos hos & hiſtriones genios, qui res utcun ſerias in Jocos vertunt & pueriles riſus, ne patiuntur in colloquiis ſuis quidpiam aff quod ad ſolidam virtutem ſpectet. Talibu miliaris nunquam fies. Et te enim facilè p vertent, & ſe ex ſuî tecum conjunctione emendabunt, cùm vix aliud ſit humanæ m tis vitium, minùs ad correctionem idoneum

20. Si quos officij cauſâ adeundos, vel ad accedentes excipiendos habes, fac utrimq quod vitæ tuæ rationes exigunt, Sed vide, pura utrimque & excellens adſit intentio, ch ratis imprimis memor, quæ hujuſmodi offi ita & jucunda, & fructuoſa faciet, ut temp nunquam ſine lucro perdas. Cogita, plus periculi, ne nimius in hoc negotio, quàm parcus ſis. Conſcientia & honeſti ſtudiu quod, ut accedas ad amicos, & ſalutant

vic-

viciſſim adſis, prudenter permovit, etiam ut brevia ſint hæc obſequia, poſtulat.

Atque hîc tandem exercitiorum finem habes. Nunc Annotationes quasdam placuit ſubjungere, quæ adjumento nobis ſint, ut octiduanam hanc ſolitudinem & cum ſolatio, & cum fructu ampliari exigamus. Qui uti illis volet, eo potiſſimum tempore ſtudebit eas legere, quod ad profectum, inde hauriendum, futurum eſt opportunius, & quod nos pro ſingulis peculiare ſtatuimus. Hujus porrò induſtriæ memorem te faciet monitum illud, quod ſingulis annotationibus præfiximus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN